

priscam illam simplicitatem in fraudem, probitatem in nequitiam, liberalitatem et parsimoniam in luxum et avaritiam convertere, apud plerosque religiones nostrae primates, quorum probatissimis exemplis formari atque componi coetera deberent, aut nullus aut certe exiguis Dei cultus est, nulla ratio, nullum comune vivendi institutum, nullus pudor, nulla modestia; iusticia vel in odium vel ingratitudinem declinavit, pietas in suspitione pene procubuit, palamque in omnibus huiusmodi ordinibus peccatur sicut saepe numero virtus probis viris vitio vertitur, virtus vero loco virtutum amplecti soleant. Hac re aedes et templa lenonibus et calamitis comieluntur, venduntur et coemuntur sacerdotia; hinc hereses pullulant, hinc Christi religio minuitur; hi mihi morbi sanandi, haec vulnera curanda sunt; luxus cohibendus, modus ponendus ambitioni, compescendae indomitae et effeminatae libidines, aviditati et sceleratae habendi cupiditati terminus prefigendus est, innumerae superstitiones corrigendae, ne diuinus malum hoc vere serpat inter cristianum populum. Haec et similia me inducunt, impellunt, urgent, ut omnino in Italiam proficiscar, ubi, haec comodus auxilio Clementis papae et sacratissimis patrum sanari poterunt et religionem ipsam ad normam et regulam antiquorum patrum redigi posse, confido.

Quod autem mihi secundo loco proposueram, miserae et afflictae per tot annos Italiae succurrendum est. Misericordia enim me illiusque vice doleo ac queror, tot cesorum hominum milia, quorum caderibus et contenti sunt campi et remorati sunt fluviorum cursus, eorumque cruento superum mare et inferum, quasi quadam purpura, infectum est, urbes direptae, oppida incensa, omnia deleta et prostrata iacent. Danda est igitur mihi opera ut urbes Italiae restituarentur, bella amoveantur, regna, quibus adempta sunt, restituantur. Quae omnia facere polliceor, ita Deus mihi secundo faveat nomine et me in Italiam pervenire concedat, ubi Rome sedi nostrae item succurrendum est, quae a nostris militibus nobis absentibus direpta et omnibus fortunis spoliata fuit, quod facimus quam egre tulerim Deum optimum maximum testem invoco. Quod si ad eam incolumis pervenero, dabo operam ut amissae opes, quam maxime fieri poterit, resariantur. Danda est etiam opera ne inimici mei nomini meo detrahant, nam audio Francicum Gallorum regem contra me multa fingere plurima cimentari passimque iactari per me stetisse quominus secum singulari certamine congressus fuerim, licet ego iustissima causa fretus duellum petiens appetuerim et

nuntium ad eum meis litteris et mandatis ea de causa miserim, qui diem diceret et locum ad duelum designaret; sed ipse nec nuntium meum audire nec litteras meas leggere voluit, sed vocem dicentis in conspectu multorum principum et summorum virorum totius Galliae interrupti et se statim in cubiculum recepit, cum sciret nuntium meum ea afferre quae iure effugere non poterat. Nunc autem universum orbem haec scire desidero, quod per adventum meum in Italiam palam fiet, numquam per me stetisse, nec adhuc stare, quin duelli congressio fiat eamque, ut salutarem toto orbi cristianaque reipubbliche, optavi et opto, licet ipsam multis rationibus et argumentis recusare possem. Primo quia captivus meus est, et licet ipsum sub fide dimissem ut ea servaret quae mihi pollicitus fuerat et iure iurando affirmaverat, qui donec ea non praestiterit, minime liber erit, ita enim et antiquorum et nostrorum temporum in bello leges sunt et semper fuerunt ut hostibus et fides servanda sit. Addam etiam, cum sim totius orbis imperator electus, non debere cum inferiori meo congregari, ac nomen imperatoris, quod savatissimum (*sic*) est, ac manum meam elementissimam maculare. Et praesertim, cum fuerim totiens suorum exercituum vitor et facile potuerim ipsum et eius regnum perdere, sed ego qui non sponte contra cristianos belligero nec aliena appeto, sed solum pro conservanda christiana religione contendo, duellum nec recusavi, nec recuso, ut tantis cladibus inter cristianos finem aliquem imponerem, et demum in impios et nostrae religionis hostes arma arripere possim. Quod ultiro et saepius fecisset, (*nisi*) in continuo ab hostibus, et praesertim a francorum rege, lacesitus in ea defendere coactus fuerim. Spero tamen brevi et per hanc meam profectionem in Italia, quod Deus suaee religioni miseratus et mihi victoriem prestabit non solum contra inimicos meos, sed, ut spero, contra turcas ipsos, ut eam brevi augere et propagare valeam. Quare vos hortor, viri hispani, ut meam hanc profectionem egre feratis, nec de mea virtute diligentiaque dispergetis, factum totiens cum hostibus periculum, quos armatos totiens superavi. Magnum mihi adeo spero praesidium, magna vis conscientiae, et in nobis is animus est, ut non modo inimicos non timeamus, sed impios ultiro lacessemus. Quare illud perficere spero, ut ea quae gessi tuear atque ornem, et si qua est invidia in conservando regnum meo et ampliando suscepta ledat . . . mihi vero plurimum proposit ad gloriam sempiternam. Vos igitur, viri hispani, de me timere desinite et vestra